



ung. VI. 180

*Occasionalia
poliositum Lannuia*

vol. 20

~~II-180~~

II-180

VI-180.

HOC ELOCUTOR MAGNIFICE
 DOMINI PATRONI ET AMPLIFICATORI MAGNI
 SVMMO VIRO
IO. HENRICO
FEVSTKINGIO
 DOCTORI AC PROFESSORI THEOLO-
 GO IN ILLVSTRISSIMA AD ALBIM ACA-
 DEMIA LONGE CELEBERRIMO CVRIAEC SACRAE
 ASSESSORI GRAVISSIMO AVLAE AVGST. PRINCIPIS ELECTRI-
 CIS SAXONIAE ORATORI SACRO LONGE ELOVENTISSIMO
 MERITISSIMOQ. SERENISS. DVCIS SAXO GOTHANI CONSI-
 LIARIO IN SACRIS SAPIENTISSIMO H-T ACADEMIAE
 VITTEMB PRORECTORI MAGNIFICO

**DOMINO PATRONO ET AM-
 PLIFICATORI SVO SVORVMQ. STV-
 DIORVM AETERNO MENTIS ET ANIMI
 CVLTV PROSEQVENDO**

A.R.G. cccxi IPSIS MARTII NONIS
 HISDEMQ.

NATALI
 EIVS INSIGNIBVS

GRATVLANDI PIETATEM TESTARI CONABATVR

MAGNI NOMINIS FEVSTKINGIANI
 ADMIRATOR PERPETVVS ET OBSERVANTISSIMVS
 CLIENS

VITTEMBERGAE SAXONVM
 FRELO CHRISTIANI SCHROETERI ACADEM. TYPogr.

PRORECTOR MAGNIFICE,
DOMINE, PATRONE ET AMPLIFICATOR, MAXIME,



Vmni Praepotentisque NVMINIS singulari beneficio, di-
ui illius PERPETVI dies Christianorum in Fastis redit,
idemque Natali TVO insignis, qui tot nobis perpetuo
laetandi causas afferit, quo in TE dotes ac merita uener-
ramur. Ac de isto quidem PERPETVO, quem commen-
marare coepi, non pauca magnifice Pontificii iacent,
ex quibus tamen nihil admodum proferre possunt, quod
non uel redoleat fabulas, uel superstitionem proda, uel omnino si eius-
modi, quin TVA id uirtus, non dicam, exaequet, sed modis omnibus uincat.
Nihil de eius tum parentibus, tum loco natali, monumenta veterum,
quod reperire mihi quidem licuerit, narrant. Atqui, de TVIS et paren-
tibus, et nataliis, abunde constat, quippe de quibus ipsi Anhaltinorum
Fasti, splendido cum apparatu, nec sine exquisitate cuiusdam industriae lau-
de, nuper editi in lucem, certiora quaque et luculentiora tradunt. Gal-
lus fortasse fuerit ille, TV ex fortissimo Germanorum ortu ex populo, no-
minatus Cimbrorum, quorum uirtus iam olim plus semel reformidata Ro-
manis fuit, debellata ab iis interdum, nunquam deuicta. Ex antiqua in-
super, et muneris sacri Viris inclita, propagine in hanc prodiisti lucem,
Patre genitus, Viro Summe Venerando, Henrico, Antistite sacrorum apud
Stellouenses in Holtatia uigilantissimo meritisimoque, Curiae item Sacrae
Munsterdorffensis, in regno Daniarum, Astaffore Grauissimo, Matre Dor-
othaea VVelleria, Nobilissimae Molisdorfforum gentis, A.C. c. 12 c. LXXII, e-
odem, inquam, anno, et, mirum dictu, mensē codem, quo, ante centum an-
nos, XIII Calendas Aprilis, maternaē stirpis TVAE maiorum unus et prop-
pinchorum, magnus ille, et, ipsius D.herois, Lutheri, iudicio, ad consolandum
natus quafactus, D.Hieronymus VVellerus, Freibergae in Hermunduris, be-
ne placideque, et, quod caput est, in uera DEI ac SERVATORIS sui inu-
catione, beatiores in fedes commigravit, ut occasio uel hinc oblatā sit pa-
rentibus studio TE sacro, non sine bono fortunatoque omnię, iam tum con-
secrandi. PERPETVVS, ad quem redire mihi sit integrum, ex nobilissimo
ditissimo Senatore Praeful Turonensium equalis. Contra ea, TV, SVM-
ME VENÉRANDE VIR, non uni solum coetu, sed pluribus, speciatim Ies-
senensi, Chembergeni, Seruestano, ingenti cum fructu, praefuisti, nunc
autem Vittembergae, in illo repurgatae Religionis et Musarum domicilio,
modis omnibus puriorē, ac iste PERPETVVS tenebat, de uero DEO doctrinā
propagare contendis. PERPETVO Eustochius, telte Gregorio Turo-
nensti, scriptore eius quidem temporis perdono, uel Gondulphus, u. Caro-
lus uult Cointius, sacrorum ille conditor Annalium Francicorum, successit.
TV, MAGNIFICE VIR, tribus iam diuini coetus Doctoribus, sigillatim, Ies-
senae L. Ioanni Mullero, Chemberga iuxta, ac Seruestae, Celebrissimo Dan-
tiscanorum nunc Theologo, D. Joachimo VVelicmanno, Vittembergae tan-
dem, magno illi strenuoque diuinæ ueritatis Vindici, D. Ioanni Georgio
Neumanno, es surrogatus, ac, tametsi alias a principibus, tempore codem,
certatim expeditus, modeste tamen illi renuisti, Inclytæ huic, quae TE iam
olim in deliciis habuit. Vrbi et Academiae Vittembergensi inferire prae-
ceptans, firmiterque persuasus, plura haud alibi et maiora, quam hic DEO Mu-
sisque emolumenta abs TE afferri posse. Diuinum PERPETVVS coctum
auxit superstitionibus et cumulauit, propterea, quod ad diu facellum Martin,

quini, iuxta Iuonem Carnutensem, uel sexti, iuxta Apollinarem Sidonium, ante se antistitis, templum, miraculis diu huius consecrandum, condidit, quod idem Apollinaris, in carmine, laudem eius templi complexo, cum Salomonaco conferre non dubitauit, tandemque in acem PERPETVVS, praeposta quadam religione, uel superstitione potius nimia, ductus, exuias D. Martini transferendas curauit. TV uero, SVMME VENERANDE VIR, hodiernum DEI coctum magis in dies ac magis amplificare, uanas item persuasions ex animis hominum euellere, arque optimis quibusque tum doctrinis, tum solatii, omnes ac singulos, in his et Principes, confirmare, non desistis. Haec TVA sunt tempa, non illa quidem posita diuis, uerum ipsi DEO, non manu facta, sed omnino tamen ciuifmodi, quibus meliori quodam iure, si uelles, poteras gloriari, quam bonus hic PERPETVVS, uir non impius quidem, at intempetive sedulus, metasque debitas diuo suo uenerationis haud dubie transgressus. Viuebat eo PERPETVVS seculo, quo non pauci reperiebantur, qui Christi gregem, uariis illo iam tempore superstitutionibus inquinatum, terris horrendisque dogmatum dissensionibus turbare conabantur. TVA item, MAGNIFICE VIR, aetas in ea incidi tempora, quibus corruptae perditaeque mentis homines inueniuntur plures, qui diuiniorem coetum nouis planeque nefandis de DEO portentis uexant, quorum absurdas tamen opiniones cum optimi quique sinceriores doctrinae propugnatores, per tempus bene iam longum, exsirpare non intermisserint, TV quoque officio TVO, pro ea, quam coelesti munere sortitus es, felicitate, nequam defuisti, scriptisque haud unis contra hos tenebrioses in lucem emissis, ineptias eorum ac fraudes, magno cum applausu, conspiciendas omnibus praebuisti. PERPETVVS sacris duobus interfuit conciliis, primum Venetiis, ubi antistites ad constitendum ibi *episcopatum* conuenierant, deinde Turonii, cum finitimus huic coetui praeclibus, ad celebrationem consecrationis diuini Martini eo congregatis, quo in conuentu principem tenuit locum, et uigilias ac ieiunia, totum per annum rite obseruanda, ut instituerentur, uoluit idem ac preecepit. Nondum quidem, SVMME VENERANDE VIR, concilis interfuit publicis, quibus tamen ipsis, si necessitas haec talia maior exigeret, quin permagno cum emolumento interelle posse, nemo quisquam temere, qui TE norit proprius, insitus ibit. Neque uero, PERPETVI more modoque, ieiuniorum TIBI aut uigilarum superstitiones curae cordigne sunt, sed longe maioris TE momenti curae uigiliaeque, pro Coetu DEI, pro Academiae salute, pro ciuitate in ea literatorum commodiis ac profectibus, toties exercent, quoties de iis uel cogitare (cogitas autem faciisse me) coepisti. PERPETVVS tredecim per annos, ut Molanus, Miraeus, Bucherius, Fisenus, affirmant, suo est officio perfunctus. Abs TE, per annosiam totidem, uiuendo coetui incrementa longe, quam ab isto, allata sunt plura, immo, plura deinceps quoque, si uota nostra uim, si robur preces, habebunt, afferentur. Ex PERPETVIO huius sepulchro, per aliquod tempus, oleum stillatissimum fertur, si Pontificis quidem scriptoribus credendum est, quorum narrationes tantum non omnes fidei ut plurimum suspectae solent esse. Ex TVO, MAGNIFICE VIR, non tumultu, quem deprecamus longissime, sed ex ore TVO, Suadae pleno, olio, immo, coelestis cuiuidam roris nectarisque, flumina quotidie manant. Certe, si publicis facisque pro rostris uerba facis, omnes, qui adsunt, incunditate perfundis, nec aures folium tenes eorum, sed in mentes animosque singulorum velut influis, idem aculeos in iis relinques, ea tamen dexteritate, ut omnis illa dicendi facultas non alicita in TE, uerum naturalis, esse uideatur. Hinc fane factum, ut Serenissimus Ashalinorum Princeps, ob insignem Tiam sacris in rebus peritiam, et misericordia conjunctam cum grauitate comitatem, TE periuinit, nec sine sensu doloris, dimiserit, pristina erga TE benignitate adeo non immunita, ut aucta uideri queat. Neque alia re permota est August. Princeps Saxonie Electrix, ut



Oratoris in Aula sua sacri prouinciam, singulare quodam clementiae argumen-
to, TIBI committeret, Sereniss: item Dux Saxo Gothanus, TVI potili-
mum audiendi caula, superiore proxima aestate hic profectus, te fibi eundem
perbenigne a confilii elle ueller. Nihil subiungam de iis, qui ad TE audiendum
publice priuatimque, uelut agmine facto, confluere solent, in fructuissima pari-
ter, ac expeditissima, quae nunquam TE defituit, docendi, dicendique ac diffe-
rendi, ratione continenter, a fine illa audiendi discendique satietae, defixi.
Sexto Idus Aprilis, A. C.cccc xci, Coincio testante, mortalitatem hanc expli-
uit PERPETVVS, Dionantii primum in aede D. Vincentii, facerdotis et martyris, se-
pultus, corpore non ita multo post in templum D. Virginis translatu, omnisque
memoriae ac nomini eius, tanquam optimi ac principis, post Christum, prout
Aegidius audet loqui, urbis patroni, habitus est honoris, adeo, ut emortualis quoque
dies eius, qui in ipsa Martii Nonas hodie incidit, annuerariis, non Turonii soleum,
sed ror etiam orbe occiduo, solemibus institutis, inde iam ab illo tempore, con-
celebretur. At enim, missis iam factis, VIR SVMME, iis de PERPETVO seu histo-
riis, seu fabulis, ad illud, pace quidem TVA, reuertar, cum gratia in hoc scripti-
onis genus ingredi sum ausus. Nempe etiam TIBI hic PERPETVI dies, ut supra
dixi, facer est, quem tamen minime in PERPETVI honorem, putas, celebrandum
cum ab his rugis abhorreas totus, ac in DEO rectius Tu laereris et exules,
gratias ipsi perfoliens immortales, quod exorbiissimus hic Martii dies, quo
in hanc es primum suscepis lucem, denuo laetus effulgit. Ac, quoniam
omnes Celeberrimi Nomini TVI cultores sinceri et chentes, communi ali-
orum, qui TE amant ac aestimant, studi cultuque excitati, huius etiam
laetinae particeps fieri uolunt, et pro constanti TVAE felicitatis ratione
uota certam nuncupant, siuunque gaudium gratulationibus plausibusque testan-
tur, nec ego ut pollum facere, uel debo, qui pietate in TE meam, PATRO-
NE et AMPLIFICATOR MAXIME, quotius modo potius, quam nullo, declarem.
Neque enim ab hac me gratulandi ratione res deterret illa, quod hic Martii men-
sis, ut alius plerique hominibus petilens esse confuerit, ita pluribus fere nefatius
fuerit, quam faultius, de nostrorum quoque numero Theologorum. Ex ingen-
ti horum copio potiores tantum, ac ueluti principes, enumerare, fatis erit, quos
inter occurruunt, praeter memoratum supra iam Hieronymum VVellerum, Vi-
tus Theodoricus, Iohannes Marbachius, Michael Niderstatterus, Georgius Mylius,
Thomas VVegelinus, Paulius, Tarnouius, Conradus Ditericus, Iohannes Himmelius,
Ieremias VVaberus, Matthias Hoe at Hoenig, Paulius Roeberus, An-
drreas Cunadus, Iacobus Stolterfothus, Thomas Stegerus, Iohannes Virlicus May-
erus, Samuel Pomarius, Sebaffianus Nirmannus, Augustus Varenius, Iacobus Ten-
zeius, quibus ad unum omnibus mensis hic ferialis fuit et emortualis. Non ta-
men nullorum etiam Theologorum Natalibus hic mensis longe fuit auspicatissi-
mus, ex quibus, non potissum, quin, spatio chartae ac temporis exclusus, firmum
illud prioris doctrinae fulcrum, Iacobum Andream, loco omnium, in praefec-
tia collaudem. TE potius, MAGNIFICE VIR, hic appellare fas erit, felici omnino
naturae fortunaeque genio, seu uerius, proprio quodam coeli fidere, hoc eodem
mensie primum orbi Christiano donatum. Immortale uero NVMEN suppliciter
ac per religiose ueneror, ut, in huius Academiae, quae, in TE alterum fibi Neu-
angustum esse redditum, agnoscat ingenuum et fatetur, incrementum, toriisque
aeterno sanctioris coetus, de quo mature admodum promeriti coepisti, falutem ac
praefidium, hoc non PERPETVI solum die, uerum longe plurimis quoque deinceps,
non dicam, diebus, sed annis, perpetuo uulcas, perpetuo floreas, perpetuo laetoris, perpe-
tuu feliciter bella DEI geras, perpetuo contra perpetuos ueritatis hostes, armis ueluti ui-
ctribus suis penitus, triumphis, perpetuo denique ea conseqquare, ea TIBI sint mancantque
perpetua, quae uel abs TE, uel ab aliis, qui, magno certe numero, quam optime TIBI
cupiunt, desideriis, notis, precibus, uel expecti polliunt, uel expectari. Illud unum in
extremo, PRORECTOR MAGNIFICE, maiorem in modum peto abs TE et contendeo,
ut qualemque hunc gratulandi conatus, quem sola, credo, pietas et ueneratio ex-
prefsit, pro incomparabili TVA humanitate, qua Mulas earumque cultores prosequi
confuerit, meliorem in partem interpretari ne dedigneris, quippe qui non tam ratio-
nem elegantiæ habui, quam obseruantie, dum non aliam, ac cultus in TE perpetui,
significationem uolui dare, una sperare ausus, Patronum quoque TE et Amplifica-
torem mihi perpetuum esse permanfurum

Hng VI 180

VDR

KO 17





SUMMO VIRO
IO. HENRICO
FEVSTKINGIO

DOCTORI AC PROFESSORI THEOLO-
GO IN ILLVSTRISSIMA AD ALB-
DEMIA LONGE CELEBERRIMO CVRIAL
ASSESSORI GRAVISSIMO AVLAE AVGUST. PRINCI-
CIS SAXONIAE ORATORI SACRO LONGE ELOQ.
MERITISSIMOQ. SERENISS. DVCIS SAXO GOTH-
LIARIO IN SACRIS SAPIENTISSIMO H.T. AC-
VITTEMB. PRORECTORI MAGNIFICO

DOMINO PATRONO E
PLIFICATORI SVO SVORVM
DIORVM AETERNO MENTIS ET
CVLTV PROSEQVENDO

A.R.G. cici ccxi IPSIS MARTI
IISDEM Q.

NATALI
EIVS INSIGNIBVS

GRATVLANDI PIETATEM TESTARI CONA
MAGNI NOMINIS FEVSTKIN
ADMIRATOR PERPETVVS ET OBSERVANTI
CLIENS

VITTEMBERGAE SAXON
PRELO CHRISTIANI SCHROETERI ACA

